



Universitätsbibliothek Paderborn

**De Virtvtvm Adeptione, Siue De Instrvmentis
Assequendæ Virtvtis libellus R. P. Iacobi Alvarez De Paz
Toletani è Societate lesv**

Álvarez de Paz, Jacobo

Coloniae Agrippinae, 1615

§. 8. De Veritate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46634](#)

CAPUT VII.

195

equalibus, verum & maioribus beneficijs, si potuerimus, repensare.

V. Sine illa spe alterius beneficij recipiendi gratos, & beneficos in benefactores existere.

Postulatio gratitudinis: Domine Iesu Christe, qui quantum tibi ingratitudo displiceret, illa querimonia de leprosis a te curatis, nec ad gratias referendas redeuntibus ostendisti: verba enim tua sunt: *Nonne decem mundatis sunt, & nouem ubi sunt? Non est qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena: da nobis, rogamus supplices, gratitudinis erga nostros benefactores affectum, quos ita in nos beneficos agnoscamus, & venereumur, ut præcipue te omnium bonorum fontem ardentissime diligamus.* Amen.

Luc.17.
18.

De Veritate. §. VIII.

Veritas siue veracitas, est virtus, qua verbis, aut signis, & quando & quomodo oportet, manifestamus res ad nos aut ad alios pertinentes, prout in se sunt. Non sufficit ad virtutem veritatis,

vt



190 DE VIRT. IUSTIT.

vt verum dicamus, sed necesse est, vt verum debit is circumstantijs vestitum dicamus. Nec enim omnia vera dicenda sunt, sed aliqua, quae dampnum afferre possunt, omnino reticenda; alia vero, quae nunc non proderunt, conuenienti tempori reseruanda. Albertus

albert. in aliter definit, dices: *Veritas est quan-*
para ani- *do verè concordant mens, & lingua, &*
mæc. 18. *opera, vt quod sentit quis in corde, hoc*
profert ore, & perficit opere.

Incitamenta ad veritatem sunt: I.
 Tā chara Deo est veritas, vt Deus veritatis voluerit ab omnibus appellari. Redemisti me Domine, inquit David, Deus veritatis. Et de Christo Iohannes: Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à Patre: plenū gratia & veritatis. Et de Spiritu Sancto: Spiritus veritatis, qui à Patre procedit. Filius etiam Dei Christus Iesus in hoc natus est, & ad hoc venit in mundū, vt testimonium perhiberet veritati, quam qui non amauerit, non potest non toti Trinitati aduersari.

II. Mendaces à conuictu humano repelluntur, & infames habentur,

ne-

neque sunt qui illis fidem adhibeant,
quos semel nouerunt fuisse metitos.
Ecce contra verò veritas amabilis & ho-
norabilis est, quæ in confessione quo-
que proprietum delictorum apud
iudices benevolentiam nobis conci-
liat, & hominum veracium honore
nobilitat.

III. Nihil est, ut inquit Gregor. *Gre. p. Ps. 3*
ad defendendum puritate tutius, nihil stor. ad-
ad dicendum veritate facilius. Nam dñi mon. 12.
quis falsitatem suam tueri conatur, du- Ps. 139. 10
ro cor labore fatigatur. Hinc namque Ier. 9. 5,
scriptum est: Labor labiorum suorum
operiet eos. Qui enim nunc implet, tunc
operiet, quia cuius nunc animum per
blandam quietudinem exierit, tunc
per asperam retributionē premit. Hinc
per Ieremiam dicitur: Docuerunt lin-
guas suas loqui mendacium, ut iniquè
agerent, laborauerunt. Ac si aperte di-
ceretur: Qui amici veritatis esse potue-
runt sine labore, ut peccet laborant, cū-
que viuere simpliciter renunt, laborib.
exigunt, ut moriantur.

Actiones Veritatis sunt: I. Menda-
ciū & simulationē ore fugere, & cor-
de detestari.

II. Quan-

192 DE VIR. IUSTIT.

H. Quando, & quomodo, & ubi
oportet, verum dicere.

III Verum etiam si mens nostra
dolet, & repugnet, si id necessarium
& Deo placitum sit, non retice-
re.

IV. Nunquam verum obtegere aut
palliare, nec pro fauore alicuius, nec
pro utilitate propria, nec pro aliquo
detrimento vitando, si illud dicere
teneamur.

V. Ambiguitates verborum & am-
bages in conuersatione vitare, & res
prout sunt, simpliciter ore profer-
re.

VI. Mysteria cœlestia apertis ad ex-
cipiendum patefacere; ab impuris ve-
ro & indignis abscondere, secundum
illud: *Nolite dare sanctum canibus, ne-*
que mittatis margaritas vestras anti-
porcos.

VII. Promissa seruare, nisi iusta
causa non seruandi, aut in melius
mutandi intercedat. Hac enim posita
ad veritatem pertinet à promissis
abstinere, iuxta illud Isidori: *In ma-*
lis promissis rescinde fidem, & in tur-
pi yo-

& vbi
nostra
urium
etice-
re ave-
s, nec
liquo
licere
e am-
& res
ofer-
ad ex-
is ve-
dūm
us, ne-
anti
i iusta-
nelius
posita
missis
n ma-
n tur-
i yo-

pi voto muta decretum.

Postulatio veritatis: Domine Iesu Christe, qui veritas es; nam Iohannes Apostolus tuus ait: *Spiritus est, qui te- 1 Ioh. 5. 6.* *stificatur, quoniam Christus est veritas.* cuiusque pulchritudo in omni veritate creata, tanquam in imagine, luctet: fac nos per misericordiam tuam omnis mendacij hostes & veritatis amatores, ut eam debito tempore & modo proferentes, in ipsa te, in creatam veritatem quæramus. Amen.

De simplicitate. S. IX.

Simplicitas est virtus, qua quis hypocrisim, duplicitatem, & multiplicitatem vitat: seu qua exterius ealem se verbis & factis exhibet, qualis interius est, & qua ab omni astutia, & dolo, & fraude, & non necessaria actionum multitudine, alienus est. Bernardus sic de- Ber. in ep. scribit simplicitatem: *Est perfectè ad id frat.* Deū conuersa voluntas unam petens à de mon. Domino, hæc requirens, non ambies multiplicari in sæculo: vel est in conuersatione vera humilitas, sc. virtutis magis ei. I con-